



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INSTITVTIONVM IVRIS CA-NONICI LIBRI QVATVOR.

Cucchi, Marco Antonio

Coloniae, 1564

VD16 ZV 4150

Testamentis. xvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62908)

Non alienum fuerit hoc loco breuiter etiam de testamentis aliquaretulisse. nam & si nobis propositum sit hoc volumine ea duntaxat tractare, quæ Pontificij iuris propria sint, tamen quia hæc materia secundum ius nostrum propria quædam præcepta habet à iure ciuili discrepantia, necessarium esse duximus ea quoque demonstrare. sed primum tamen ab ipsis Iureconsultis Cæs. diffinitionem mutuemus.

a l.i. ff. eo. Est igitur testamentum nostræ voluntatis iusta sententia de eo quod quis post mortem suam facere voluerit.^a In quo condendo quamuis leges ciuiles maiores testium numerum requirant, ius tamen nostrum ea quoque testamenta recipit, quæ coram suo presbytero, & tribus vel duabus alijs personis idoneis facta sint: & executionem eis concedit omni consuetudine reiecta, quæ maiorem testium numerum desideraret.^b

*b ca. cum
esset.*

Item hoc iure, qui extremam voluntatem suam in alterius dispositionem confert, non videtur intestatus decedere.^c

c c. cū tibi.

Nec

LIBER SECVNDVS. 171

Nec minùs executionem merebitur testamentum ad pias causas, quamuis per verba enuntiatiua ad aliud prolata scriptum sit. d

d c. fin. de
succes. ab
intesta.

Sciendum est, Episcopis, Presbyteris, & alijs clericis, qui per hæreditatem, vel alium modum, intuitu personæ aliquid acquisierint, donare id licere, cui voluerint, dum viuunt: sin ante obierint, quàm hoc fecerint, altari, cui seruiunt, omnia perpetuò consecrantur, & in ius eius transeunt, si nullos consanguineos habeant. e

e c. i eod.
titu. de suc-
cessio. vbi
glo.

Hæc
de rebus sufficiant, nunc
de sacramentis Ec-
clesiæ tractemus.

H 2 IN-

